Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



donati in solis afris calumniatur orbi terrarum & non considerate
a sterelitate qua fructus pacis & caritatis adferre noluit ab illa radice
orientalium ecclesiarum se esse precisam unde euangelium in a
fricā uenit und & erra si eis afferatur adorant, fidelis autē inde
si ueniat & sufflant. & rebaptizant & iā hoc enim predixit filius dī
qui ueritas est se esse uitē suos autē filios esse sarmenta. & patrem
suum agricolam. Sarmentū inquid quod in me non dat fructū.
Pater meus toll & illud. sarmentū autē quod in me dat fructū. purgat
illud ut maiorem fructum afferat. Non ergo mirū est si de illa uite
que creuit & omnes terras impleuit. Praecisi sunt illi qui fructum
caritatis adferre noluerunt qui si uera crimina obiecissent colleges
suis maiores eorum quando schisma fecerunt, nam unde. Ad istas
partes xpianę fidei manauit auctoritas. ut illi essent foris quibus eadem
crimina obiciebant. nunc autē cū illi inueniuntur intus communicare
ecclesiis apostolicis quarū nomina in libris scīs habent & recitant.
Isti autē foris positi & ab illa communione separati sunt. Quis non in
tellegat eos habuisse causā bonā qui eā apud medios iudices optinere
potuerunt. aut si causam bonā habebant. & eam transmarinis ecclesiis
pbare non potuerunt. Quid illos laesit orbis terrarū. Ubi episcopi
collegas suos qui apud eos obiectis criminib; conuincti non erant temere
damnare non possent. itaque innocentes rebaptizantur. & xps in in
nocentibus exsufflatur. Si autem idem donat istae afrorū collegarū
suorū uerae crimina nouerunt. & neclexerunt eadem monstrare
& pbare transmarinis ecclesiis. ipsi se ab unitate xpi sceleratissimo
schismate praeciderunt non habent quod excusent & uos nostis.
maxime qui a tam multis celerati apud eos emerserunt. & tolerauerū
illos ptot annos ne pastem donati conscenderent. & non dubitauerū
illo tempr falsas suspitiones suas. obicientes pacem xpi unitatē
quedis rumpere. & uos uid & is. sed nescio que carnalis consuetudo fratē
seuerine ibi uos tenet. & olim doleo. olim gemo. maxime prudentiā tuā